Franckesche Stiftungen zu Halle

Lebenslauf von Johann Christoph Neuhof.

Neuhof, Johann Christoph

Halle (Saale), 09.1707

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-209322

Visual Library

quod inter eos receptus sum adscriptus qui in Orphanotro-
phio docendi provincia funguntur et victum largam-
nu accipiunt, quod beneficium ut omni loco ac tempore
laude vehendum est ita ego nunquam eam in me cul-
pam contraham ut jure ingratus arguei possim.

Ego Johannes Christophorus Neuhof
Weberlingo-Halberstadiensis, Johan-
nis Michaelis Neuhofii, Regis Borus-
siae Fisci praefecti filius natu minor,
in hanc mundi lucem sum editus año
millesimo sexcentesimo septuagesimo nono
mense Aprilis die quarto. Hic Parens
meus dilectissimus, cum videret,
quod ad artem, vel ad opificium quod-
dam addiscendum ob adversam
valetudinem enterocelem sc. haud essem
capax, studiis me dicavit. Postquā
vero Halberstadii in schola Cathedrali
doctissimi ac fidelissimi Praeceptoris
Kirholtz informatione per biennium
usus essem, ob subsidiorū penuriam
Wernigerodam me contuli, qua
in urbe sex annorum intervallo,
studia mea excolui atq. informatione
fidelissimorum tunc temporis Praeceptor

eorum Rect. Dn. M. Corvini, M. Henrici Severini Bodini, Pastoris jam Ciltadi-ensis, M. Rundii ac Joach. Mulleri Conrect. cupide fruitus sum. Cum autem hi modo dicti Præceptores doctissimi salu-taria mihi darent consilia, ut Scholas trivi-ales cum Academia mutarem, iis lubenti animo obtemperavi, & circa annum 1702 publice ultimum vale dicens ad Acade-miam Fridericianam, q Halæ maximè floret, me contuli, ibiq sub Rectore Magnifico, excell. Dno Buddeo, et Decano Consiliario & Facultatis Philosophicæ ~~ac~~ Juridicæ Professore ~~Dno~~ Ludewig publico ordinario, albo studiosorum sum inscriptus. Verum enim vero, quia subsidiis, quæ ad studia in Academia requiruntur, plane eram destitutus, ut ipse eam ob caussam in illa commorari haud poteram, per biennium studio Juridico operam navavi, & penes Consiliariũ Aimum Dominum Sam. Strykium officiũ Not. publici Cæsarei tristè sum sollicitus, ad quod etiam ab excellentissimo Comitè

Palatino Strykio, post examen, mecum de-
habitum, gratis accepi: Biennio hoc
praeterlapso Wernigerodae rursus
per duos annos informare civium liberos
coactus sum, & ob adversam fortunam
secunda vice Halam visere libuit,
atque tunc, postquam Facultatem The-
ologicam ratione studiorū consuluissem
mense Septembris 1706 studia mea mutavi
animumque meum ad studiū Theologicum
applicavi. Quod denique ad vitae
sustentationem attinet, curta suppellex
nisi die 14. Augusti 1707 locum apud
mensam, uti vocatur, ordinariam, in
Orphanotrophio obtinuissem, Halam
iterum iterumque relinquere jussisset.
Atque ita ex Numinis divini directi-
one benignissima omnia quaeque contigerunt
quae hactenus sum expertus. Faxit
itaque Deus T. O. terque maximus, ut
anima potissimum mea ab omni malo
liberetur & ad illum plane convertatur.
Benedictus esto ille Deus & Pater Domini
nostri J. C. cursum meum ita dirigens,
& omnibus tum corporis tum animae beneficiis
jam & in aeternum Amen.